

ergò ἀγοράσις, ἐξαγοράσις & ἀπολύτρωσις intelligenda est fieri
λύτρω interueniente. Et ne debitandi uilius superfit locus, S.
Scriptura ipsum λύτρω, quo interposito redempti sumus, aper-
te nominat & determinat, vocatque illud modò *Ipsum Chri-
stum*, modò *animam*, modò *mortem* & *sanguinem* Ejus. *Unus
est Mediator DEI & hominum*, inquit Paulus 1. Tim. II. 6. *homo
Christus Jesus, qui dedit ἑαυτὸν, seipsum ἀντίλυτρω, pretium re-
demptionis pro omnibus.* Vox ἀντίλυτρω (ait Hugo Grotius Li-
bell. de Satisfact. Christi contra Socin. cap. II. p. 109) quā Pau-
lus utitur 1. Tim. II. 6. significantior est, quā ut tam frigidam
interpretationem (Socini) admittat. Est ἀντίλυτρω, tale λύ-
τρω, in quo liberator simile quiddam subit ei malo, quod ei im-
minebat, qui liberatur; Estque egregia ejus vocis quasi περιφρα-
σις Gal. III. 13. Christus ἐξηγόρασεν, redemit nos, ab execrati-
one legis, factus pro nobis execratio. Hæc ille. *Venit Filius
hominis dare τὴν ψυχὴν αὐτῆς λύτρω αἰτὶ πολλῶν, animam su-
am pretium redemptionis pro multis* Matth. XX. 28. Marc. X. 45.
*Scientes quod non corruptilibus, argento vel auro redempti estis
de vanâ vestrâ conversatione, sed τιμῷ αἵματι, pretioso sanguine
quasi agni immaculati & incontaminati Christi* 1. Petr. I. 18. Sub
duplici hac pecuniæ specie, *argento & auro*, comprehenditur,
omne id, quo aliquid vel emi vel comparari solet, eique *sanguis
Christi*, tanquam majus quiddam eo ipso quo pretium est, op-
ponitur. Uti verò aurum & argentum verè pretium emptio-
nis sunt, non figuratè; ita & sanguis Christi æquè aut multò
etiam magis nostræ ἀπολυτρώσεως verè pretium sit, necesse est.
Confer. Eph. I. 7. Coloss I. 20. 22. Hebr. IX. 12. Apoc. V. 9 Hebr.
IX. 15. dicitur nos Christus redemisse *intercedente morte, per ob-
lationem corporis sui* Hebr. X. 10. 14. Utitur etiam S. Scriptura
N. T. in describendo Redemptionis nostræ opere, verbo *ᾠφειποι-
έουαι* Act. XX. 28. ubi dicitur; *DEum* (ἰδίον αἷμα habentem i.
e. DEum ἐνσωματον, Christum Jesum) *acquisivisse Ecclesiam per
proprium sanguinem*, hæc autem *ᾠφειποιητικὴ*, *acquisitivâ* redem-
ptio omninò est propriè dicta & satisfactoria, facta enim est in-
terueniente λύτρω sanguinis Christi Eph. I. 14. Ex Christo & à
Chri-